

1) Deus, Pater Omnipotens, dicens "non est bonum hominem esse solum" (Gen ) "fecit hominem ab initio masculinum et feminam" ( ) benedixitque eis "crescite et multiplicamini et replete Terram" (Gen 1, 28). Utrique ergo, viro et mulieri, aequaliter communicavit dignitatem hominis qua personae et ad Dei imaginem facti; quae resplendit etiam in distincta eorum proprietate, qua referuntur ad invicem simul et ad Deum; facultatibus suis procreativis utentes specialius adhuc participant in opere Creatoris continuandi. Est igitur <sup>haec</sup> ~~haec~~ catholica fides aequae aliena ab omni humanae sexualitatis visione diffamativa, sive biologica, sive psychologica sive sociologica tantum, quam ab exaggerata eorum opinione qui perfectionem humanae personae in hac sexuali ratione quasi exhaustiri putant.



2. Intime at Sapientissimo naturæ humane  
Conditorum coniungitur ordinatio viri mulierisque  
ad invicem mutuoque adiutorium cum nobiliss-  
simo utriusque communi officio genus humanum  
continuandum (?), ita ut naturalis amor vi-  
ri mulierisque ad invicem simul augmento  
et conservationi humani generis inseruiat et inde  
hoc genus tanquam fructus amoris humani  
fecundi continue resultat. Condigna vero hæc (?)  
propagatio humane vitæ natura Deoque sic  
ordinante ius ac privilegium est matrimonii,  
quod proin origine, fine, officio totius huma-  
nitatis bonum bonum est atque  
sacrum. Omnis vero facultatis procreativæ  
humane usus extra matrimonii iura  
et <sup>scepta</sup> <sup>pericula</sup> contra dignitatem personæ  
offendit et legem divinam.



3. Matrimoniale institutum etiam post ori-  
ginalem labem vim humane vite et societa-  
ti inserviendi non amisit; illud tamen, auri-  
tia cordis humani non raro depravatum (cf. Mt.  
19, 8-9) Dominus Noster Jesus Christus ad suam  
primigeniam unitatem et indissolubilitatem  
reduxit. Contractum <sup>insuper</sup> matrimonialium  
baptizatum ad sacramenti dignitatem e-  
vexit, qua naturalis coniugum amor sancti-  
ficatur et vinculum matrimoniale unioni  
inter Christum et Ecclesiam configuratur. In  
quo matrimonio socialiter et iuridice ordina-  
tur (?) participant <sup>publica societas</sup> Ecclesia ratione sacra-  
mentalitatis, <sup>(ratione effectuum civilium,</sup>  
id quod eorum collaborationem in evolendo  
matrimonii iuris ad bonum persone huma-  
ne desiderabilem facit. Quae collaboratio  
naturae indissolubili christiane matrimo-  
nii eam rationem habeat qualem bo-  
num commune societatis humane per-  
mittit. -



4. Amoris sui coniugalis vere humanam pu-  
ritatem coniuges colunt si eiusdem signa  
sibi debito modo praestantes commercio coniu-  
gali naturaliter inditum ordinem servant ad  
opus condigne propagationis. Ne gravissi-  
mis quidem rationibus hunc ordinem arbitrarie  
separent ab illis naturalibus bonis et fini-  
bus qui insuper ipsis ipsarumque socie-  
tati <sup>eadem</sup> ~~continuo~~ (?) commercio gignuntur.  
Sancta et inviolabilis sit ipsis vita prolis  
conceptae, quae iam ante partum dignitate  
et iure humano vere praedita est, omnem  
directam ~~occisionem~~ occisivam actionem ex-  
cludens.



5. *Fis quibus Deus commisit generis humani propagandi ius et officium, iisdem, parentibus scilicet tanquam unitati concedidit et primum proles sustentandæ et adiuvandæ responsabilitatem. Propter eos ad officium educationis, natione suæ missionis et maternitatis supernaturalis, vocavit etiam Ecclesiam; sed etiam societatem publicam quæ intra ambitum boni communis civilis in iure educandi participat; alii educatores tantum his & subordinati educare possunt. Unitas finis educationis cooperationem continuam omnium (?) postulat quia ad hoc officium in humana societate concurrere debent.*

PATRIMONIO UC

EXLIBRA

OMNIA



6 Coniugum ultimatum ius est determinandi  
numerum proles appetendi; in hac, hodiernis  
in adiunctis saepissime non facili quaes-  
tione omnium sibi eodem sibi orientium o-  
bligacionum rationem habeant; tamen  
ratio fides christiana illustret et spes con-  
firmet. Omnis vero societatis institutiones  
ad hoc cooperentur ut coniuges, propria  
responsabilitate, hanc quaestionem solvere  
possint.





7. - Familia societas naturaliter est homini  
necessaria, propriis bonis ornata, quae ab  
aliis <sup>praestari</sup> nequeunt, et quae, si fami-  
liae membra sua officia perspiciunt, in om-  
nes coetus humanae societatis benefice influere  
valet, praesertim in illos qui in in consan-  
guinitate fundantur. Quapropter pie foren-  
dae et evolvendae sunt in familiis illas  
relationes quibus sibi subsequentes iunguntur  
generations. Habet etiam familia suam  
essentialem a Conditoro inditam internam  
structuram iuri, quae ex iis bonis et ex pro-  
prietatibus suorum membrorum ad ea effi-  
cienda gignuntur. Cum tamen familiae pro  
regionum et temporum conditionibus, ratione  
structurae et amplitudinis, <sup>muneris</sup> numeris et  
efficientiae socialis, multum inter se differant,  
familiae ipsae et omnes quibus familiaris  
instituti cura incumbit studeant ita  
condiciones has sibi resque his conditioni-  
bus adaptandi, ut essentialis finis domesti-  
cae societatis, tanquam unitatis natura-  
lis, iuridicae, moralis, oeconomicae attingere  
possint.



8 Publica auctoritas ut propriam et primariam  
parentum proles procreandi et educandi ius  
tueatur et promoveat bono communi tenetur ;  
idem postulat ut legitime et administratione  
familia utpote societatis imperfectae et subsidio  
aliarum indigentes, iuretur praesertim quoad  
habitationem, proprietatis et laboris ius deter-  
minandum (?), securitatem socialem et tribu-  
ta. Iure et officia coniugis<sup>et</sup> familiae nec  
laedantur nec periclitentur, etiam non sub spe-  
cie et per modum adiutorii publici.

PATRIMONIO UC